Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



apud Maronem legat Aenee verba sortis imperamus: Hunc patere libare iouis precibus vocatae anchisem genitorem: Cui non tantum mortalitatem: uerum & uenerorum tribuit ptatem: Sacramus ventos atq; haec me sacra quotannis urbe velit posita templis sibi ferre dicatis: Idem salicem de ioue liber & pari & mercurius & appollo fecerunt: Ac postea de hisipsis successores eorum: Accesserunt & poetae & compositas ad voluptatem carminibus in caelum eos substulerunt: sicut faciunt: qui apud reges & malos panegiricis mendaciis adulantur: Quod malum a graecis ortum est: quorum levitas instructa dicendi facultate & copia: incredibile est: quantas mendaciorum nebulas excitauerit: Itaq; admirati eos & susceperunt primi sacra illorum: & vniuersis gentibus tradiderunt: ob hanc vanitatem sybilla sic eos increpat:

Id est. Gentes quid confidis in vanos principes quid domum in ama mortuis arquias molas idolis qui tibi in mortem exose imponunt chorum fame delinquenti

Marcus tullius qui non tantum perfectus orator: sed & philosophus fuit: Si quidem solus extitit plato nisi imitator in eo libro quo seipsum de morte filiae consolatus est: non dubitauit dicere deos: qui publice colerentur: homines fuisse: quod ipsius testimonium eo debet grauissimum iudicium: quod & augurale habuit sacerdotium: & eosdem se colere veneraria testatur: Itaq; intra paucos versiculos duas res nobis dedit: Nam dum imaginem filiae eodem se modo consecratum esse profitetur: quo illi a veteribus sunt consecrati: & illos mortuos esse docuit: & originem vanae superstitionis ostendit: Cum vero inquit & mares & feminas complures ex hominibus in deorum numero esse iudicamus. & eorum in urbibus atq; agris augustissima delubra veneremur: assentiamur eorum sapientiae: quorum ingenys & inventis omnem vitam legibus & institutis excultam constitutamq; habemus: Q. si ullum unq; aliud consecrandum fuit: illud profecto fuit: Si caduci progenies: aut amphitrionis. aut tyndari in caelum tollenda fama fuit: hinc idem honos certe dicandus est: Quod quidem fatiam teq; omnium optimum doctissimamq; approbaturus dijs immortalibus ipsis in eorum certa loca tam ad opinionem omnium mortalium consecrabo: fortasse dicat aliquis pro nimio luctu delirasse ciceronem: Atqui illa omnis oratio & doctrina & exemplis: & ipso loquendi genere perfecta non egri. sed constantis ac iudicij fuit: & haec ipsa sententia nullum prefert iudicium doloris: Neq; n. puto illum tam varie. tam copiose. tam ornate scribere potuisse: nisi luctum eius & ratio ipsa. & consolatio amicorum. & longitudo